

XXII. THERMAE HIMERAEAE (*Termini*).

(Cf. C. I. Gr. 5578—5591b cum add. p. 1250.)

*Himera deleta*, Cicero ait (Verr. I. 2, 35, 86) quos cives belli calamitas reliquos fecerat, ii sese Thermis collocarunt in iisdem agri finibus neque longe ab oppido antiquo. Fuit Himera a Bonfornello ad meridiem prope ostia fluvii q. d. *Fiume grande* eo loco qui adhuc nomen retinet *Piano d'Imera* (vide apud Holmium *Geschichte Siciliens* tab. 6 ad vol. 1); Thermae inde ad occidentem eo ipso loco, quem nunc occupat oppidum Termini. *Thermae Himeraeae* (Polyb. 1, 24, 4: μεταξὺ τοῦ Παρώπου καὶ τῶν Θερμῶν τῶν Ἰμεραίων. Ptolemaeus 3, 4, 3: Θερμαὶ Ἰμέραι — immo Ἰμεραῖαι — πόλις), *Thermitani Himeraci* (sic nummi quidam inscripti Θερμιτάν. Ἰμεραίων) sive *Himeraci Thermitani* (sic titulus n. 7345), plerumque nude *Thermitani* (nam solo Himeraeorum nomine huius oppidi cives non utuntur, quamquam signa Himeraeis a Carthaginiensibus erepta Africanum devicta Carthagine Thermitanis restituisse ait Cicero I. c.) aetate liberae rei publicae praecipuum locum in Sicilia non tenuerunt. Augustum coloniam eo deduxisse colligitur ex Plinio, qui quamquam eo loco, ubi Thermae hae nominandae fuerunt, Himerae solius meminit (3, 8, 90), quae ea aetate nulla fuit, coloniam appellat Thermas vere Selinuntias (vide supra p. 739), errore ad has adscribens quod adscribendum fuit ad Himeraeas, quippe quae dicantur

in titulo n. 7345 *colonia Augusta Himereorum Thermitanorum*. Viam quoque straverunt Romani per mediam insulam inter duas colonias suas Thermas et Catinam (itiner. Anton. p. 93). Praefuerunt rei publicae duo viri modo *quinquennales* (n. 7356), modo *duo viri nude* (n. 7348. 7353); praeterea inveniuntur *Viri* (n. 7354). Tribus Claudia potius fuit (n. 7348. 7355. 7422) quam Quirina (n. 7344. 7398. 7407. 7414).

Thermitanorum titulorum thesaurum praeter Gualterum, Mongitorium, Torremuzzam quique praeterea inter reliquos Siculos ad eos quoque attenderunt, nuper auxit Balthasar ROMANO tribus potissimum commentariis, qui sunt *saggio sopra alcuni antichi avanzi recentemente scoperti e sulle rovine dell' acquidotto Cornelio in Termini* (Panormi 1827. 8. pp. 72), et *iscrizioni inedite di Termini* insertus ephemeridis Panhormitanae *Giornale di scienze, lettere ed arti per la Sicilia* volumini XXVIII edito a. 1829, et *antichità inedite di vario genere trovate in Sicilia* fasc. 1 (plus non prodiit: Panormi 1854. fol. pp. 24). — Hoc municipium et olim titulos suos in curia collocare consuevit et nuper museum condidit pro re satis locuples, neque altera est inter urbes Siculas, quae curam monumentorum antiquorum pari studio hodie agat.

7337 Termini in museo.

SOL  
INVICTO  
CONSERVA  
TORI IMP  
5 ANTONINI  
aug

Descripsi.

7338 Termini in museo.

UICTORIAE  
SAC

Recognovi. Romano *giorn. di scienze* 28 (1829)  
p. 306.

7339 litteris palmaribus. Thermis in aedibus Matthaei Bertholi medici.

AVG · SACRUM

Gualterus n. 123 = 286, qui supplevit.

7340 Thermis intra praetorium in duas partes diffracta.

ARA  
IMP · CAESARI  
ET · IVLAE  
MATRI TI · CAES  
5 IMP · CAES · FILII

Gualterus n. 95 = 252. Inde Torremuzza Sic.  
IV, 5.

Gualterus sic repraesentavit:

ARA  
IMP · CAE ·  
ET · I · · ·

'haec pars deperit'

IVL ·  
MATRI ·  
IMP · CAE ·

7341 Thermis rep. a. 1765.

DIVO  
ANTONINO  
AVGVSTO

Torremuzza Sic. IV, 11.

7342 basis alta palm. 6, in cuius summo vestigia statuae cernuntur CAIET. Termini in domo quae Stenii creditur GVALT. Hodie in muséo.

DIVO  
COMMODO  
AVG  
D · D  
5 P · P

Recognovi. Caietanus ed. 1707 p. 23; Gualterus n. 97 = 241 (inde Mur. 243, 2; Torremuzza IV, 14); Tardìa ms. vidit, sed legere non potuit titulum in terra latentem; Houel *voy. pittoresque* 4 tab. 45.

7343 Termini in museo.

imp. caes. I. septi M I O  
seuero pertinaci AVG  
arabico adiabENICO PON  
tif max TRIB · POTEST · V · IMP  
5 IIII COS II PP IMP CAESARIS p. C. 197  
DIVI · M · ANTONINI · GERM  
sarm. AL DIVI COMMODI  
fratri DIVI ANTONINI PII  
nePOTI DIVI HADRIANI PRO sic  
10 PRONEPOTI DIVI TRAIANI  
PARTHICI ABNEPOTI DIVI  
NERVAE ADNEPOTI IN  
DVLGENTISSIMO ET CLE  
MENTISSIMO PRINCIPI  
15 MAESIA FABIA TITIANA  
C · F · ET  
MAESIVS · FABIVS · TITIA  
NVS · C · P

Recognovi. B. Romano *antichità trovate in Sicilia* (1854) p. 21.

5. 6 soloecismus *imp. Caesar divus M. Antoninus Germanicus Sarmaticus* necessario efficitur ex vestigiis quae supersunt. — Cf. inter Panhormitanos similem titulum n. 7276 fortasse Thermitanum et ipsum.